



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1857

III. Die Räthe der Städte Straußberg und Wernäuchen thuen ihren Zoll
gemeinschaftlich aus, am 15. Juni 1315.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54734](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54734)

etiam ut si quis criminosus forsitan ratione sui criminis, ut homicidii aut inopinate fortune, de ciuitate effugerit, alioquin nisi infra annum coram nobis comparuerit satisfaciendo, sua macella ad nos deuoluentur. Item volumus, ut si quis paupertate ac necessitate mutuum receperit super vires suorum macellorum, et ita de ciuitate effugerit, omni occasione procul mota, sua macella ad nos taneant seu deuoluentur. Item districte precipimus et volumus, ne ipsi carnifices carnes putidas, corruptas sophisticas in eorum macellis vendendo exponant. Item volumus, ut nulla nova statuta inter se componant in grauamen ciuitatis, idem communitatis; quod si fecerint, ipsi consules tunc iudicent corrigant, prout eis videtur expedire. Preterea volumus, ut de cetero quodcumque necessarium fuerit in edificando reparando ipsa macella, ipsi carnifices propriis expensis prouideant et comportent. Ne hec igitur empicio sub condicionibus adnulletur his, commandauimus nostro sigillo roborari. Actum publice coram nostris consulibus heynico de Brandenborch, alberto de bochove, otone dicto dunker, heynemanno gozuino, michaeli de landesberch, cunrado institutore, egardo institutore, Johanne de garzin atque Johanne sculteto nostro, et aliis burgenfibus, arnoldo dicto dunker, boldekino institutore, iacobo dicto dunker, cunrado dicto gislen, Johanne dicto Vorder, Johanne Albo. Datum Struceberch, anno domini M^o. CCC^o. nono, in vigilia thome apostoli. — Nichilominus volumus eciam super omnia, ne aliquis carnifex suum macellum pro debitis nulla angariacione sibi instante exponere iudicetur uel presumat.

Vollständig in Stedens Waldemar II, S. 504—506.

III. Die Rätbe der Städte Straußberg und Bernäuchen thuen ihren Zoll gemeinschaftlich aus, am 15. Juni 1315.

Nos Consules ciuitatis Struceberch ac consules de Barmow Vniuersis presenciam visuris seu auditoris, tenore presencium recognoscimus publice protestantes, quod nos vnanimi consensu et concilio theoloneum ambarum ciuitatum locauimus pro eodem censu, veluti a magnifico domino nostro marchione dinoscitur conuenisse. Hac tamen forma interposita, quod pro pecunia, quam ratione mercipotus, qui uincop vulgariter dicitur, erogauimus denarios locatos, qui solent dari in ipsis foris annualibus, in ambabus ciuitatibus eque ad usum ipsarum ciuitatum tollere debeamus. Hanc igitur locacionem ordinauimus in hunc modum, quod, si infestacio, seu impedimentum aliquod nobis ex prehabitis oriretur, una ciuitas alteri contra vnumquemque concilio, auxilio, rebus et corpore debet operam adhibere taliter, quod ciuitas infestacione incidente celere pronunciet ciuitati, donec ipsa infestacio totaliter sit sedata. Testes huius ordinacionis sunt consules in Struceberch: Henricus de Brand, hynricus gotseale, Boldus institutor, Hermannus sub ponte, conradus de grunow, trybus, arnoldus scriptor, Johannes Beygerstorp, consules ciuitatis barnowe: theod. vkerow, johannes theolonarius, Johannes de sconevelde, iacobus de pranden, nycolaus egidy, wilhelmus de pole iunior, iohannes de sconevelde, hynricus papa. Ut autem hec ordinacio illabata et inconuulsa permaneat et roborata sit intransitoria, sigilla utriusque ciuitatis presentibus duximus apponenda. Actum et datum war-now, Anno domini M^o. CCC^o. XV, festo beatorum viti et modesti martirum. Precipue in hoc con-

cordauimus, quod consules de barnow pro censu exponere deberent decem et octo talenta, consules vero de Struceberch viginti sex talenta brandenborgensis monete cum tribus libris cere, quod dre sten vulgariter nuncupatur.

Aus Klödens Waldemar II, S. 510—511.

IV. Zoll-Ordnung für die Stadt Straußberg, vom 15. Juni 1315.

Hic est modus regendi theoloneum in Struceberch. Theolonarius debet monere pro theoloneo, si negabitur, testes se adducat, et sic aliquem pro excessu impediat, quod si aliter fieret, nullatenus admittere vellemus. Insuper theolonarius hospicia signata visitabit, singulos hospites monendo: quod si non faceret, et super hoc aliquem impediret, omnium excessuum consules sunt potentes. Insuper si iuste aliquem et testimonio deuinceret, eundem excessum consules corrigant, et de eodem theolonarius V solidos tollat. Insuper si iuste vel iniuste procederet, et se sine consensu consulum expediret, a predicto theoloneo plenarie impotens erit et solutus, et pro eodem excessu tria talenta dabit consulibus. Insuper si hospes a nostris ciuibus lanam emeret, quantam deducere posset in vno curru, XVI denarios dabit. Insuper si hospes lanam emeret ab alio hospite cum vterario debitum theoloneum dabit. Insuper si aliquem impediret super iniuria, et per hoc se consulibus opponendo, de omni dampno tam cause dicte quam dominorum nos eripere debet indempnes, de omni dampno solutus. Acta sunt hec, cum consilio et consensu consulum in Struceberch, Barnow, in die viti et modesti martirum.

Aus Klödens Waldemar II, S. 511.

V. Markgraf Woldemar bestätigt der Stadt Straußberg den Schöppenstuhl für die Städte, welche in Gemäßheit eines Privilegiums des Markgrafen Albert ihre Rechtsbelehrungen bisher von ihr geholt haben, am 1. April 1317.

Woldemarus, dei gratia Brandenburgensis et Lusacie Marchio, — Recognoscimus —, quod volentes Consules et Scabinos nostre ciuitatis Struceberg extollere prerogatiua gracie specialis, Eisdem presentibus indulgemus, vt Jus commune, in antiqua Brandenborch requirentibus actenus dari solitum, ex nunc nostris ciuitatibus, oppidis et villis, que hactenus conueniunt requirere et afferre ipsorum Jura, secundum priuilegia a Marchione Alberto pie recordacionis, affini nostro karissimo, quondam ipsis tradita, nunc de cetero veluti prius tribuant et ministrent, Mandantes eciam nichilominus ciuitatibus, oppidis et villis omnibus et singulis iam dictis, ut iura sua et sententias, requirenda cum fuerint, in dicta ciuitate nostra Struceberg a consulibus et scabinis exigant et requirant. Ut igitur huiusmodi statutum sive factum nostrum inpermutabile perpetuo perseveret, presentibus de nostra certa conscientia conscriptis sigillum nostrum duximus